

exaltat dure mortis. ut in portis syon sternus.  
reg: digne collaudem. **A**ve uirgo lucerna scilicet.  
beati cui oculi respiciant in pauperem. opem fe-  
rendo celerem. **A**ve uirgo cui eloquia ut ar-  
gentum sonantia. igne cocta septemplici. plena  
sermonis mystici. **A**ve uirgo mater saluta-  
ris. cui ortu gratularis canta deo christo plau-  
de. decollatis bonis gaude. **A**ve uirgo syon  
specularis. ex te dat salutaris. per quem redit  
liberatus homo. quondam captiuatus. **A**ve uirgo  
que illic habitas ubi pacis est tranquillitas.  
iustorum tabernacula. ingressa sine macula.  
**A**ve uirgo cui pars in celo. calix crucis est de populo.  
funes in imperialis ceciderunt stella maris.  
**A**ve uirgo lingua cui uerba uite nescit huius. gna-  
ra dei laudes fari. igne sumpto de altari.  
**A**ve uirgo deus quam ornauit celos quando ineli-  
nauit et descendit in te uerbum. ad debellan-  
dum superbum. **A**ve uirgo de cui intimo christus  
processit thalamo. in te sola suum fixit taber-  
naculum qui solus regit seculum. **A**ve uirgo  
cui holocaustum. pingue fuit atque gratum.  
soli deo cui cantasti. et in corde semper iubi